

egli è pronto a compiacere al loro desiderio, e, lontano da ogni pensiero ambizioso, non rifuggirà da fatiche più gravose.

Molti sono i prelati che furono promossi per ambizione, pur essendo al tutto indegni; brama la dignità, ma odiano il ministero;

e questi, nonché promossi, dovrebbero esser respinti.

Altri invece, entrati comechessia nella vita clericale, si comportano poi in modo convenevole, sicché, saliti in alto, possono esser tollerati.

Altri infine, per indole, per costumi, e perfino per l'aspetto esteriore appaiono destinati alla prelatura; e questi, ove per modestia la schivino, devono esser indotti ad accettarla.

Ora di questi tali è per l'appunto lo Zeno, vescovo nato, non fatto.

È di carattere mansueto e dolce, sobrio, casto, benigno, parco verso se stesso, generoso verso gli altri e nella vita privata affabile. Nell'adempire poi il suo ministero è pieno di santo zelo verso il gregge,

temperando però la severità con l'indulgenza, che sembra in lui innata.

renuentemque<sup>(a)</sup> promoverent. bene igitur sibi cum suis convenit, qui paratus est cum ex ingenio tum ex iudicio nemini benivolenti repugnare, atque, ut nec ambire quod in dignitatibus speciosum est<sup>(b)</sup>, ita nec quod laboriosum refugere<sup>(c)</sup>. plerique enim fuerunt in ecclesiis prelati, qui per suum vel suorum ambitum promoventur, 5 cum sint ad eum statum, ut penitus inepti<sup>(d)</sup>, ita prorsus indigni. hi prelaturam ambiunt, sed<sup>(e)</sup> ministerium execrantur; nec tam cupide opes amplectuntur dignitatis quam detestantur ordinis sacramentum. itaque non tam promovendi non sunt<sup>(f)</sup> quam promoti omnino repellendi. alii autem, ingenio etsi non prorsus ad religio- 10 nem prono, nec<sup>(g)</sup> tamen penitus alieno, qui externis causis adducti vitam clericalem professi sunt, nactique dignitatem ita student<sup>(h)</sup> seque ita componunt ut si minus vita, tamen gestus habitusque conveniat; hique, ut promoveri fortasse non debent, ita promoti tolerari possunt. nonnulli vero a natura ipsa in hoc opus editi 15 videntur, ut taceam divinam vocationem<sup>(i)</sup>, quibus mores, ingenium, studia, vitaeque tota in idem conveniunt, nec discrepat a mentis habitu forma corporis. hique ut<sup>(k)</sup> admittendi sunt, si se offerant, ita, si ex<sup>(l)</sup> animi moderatione se abstineant, ex imperio adducendi sunt. quo in genere est inprimis hic episcopus, 20 meus. nam, ut aliorum pace<sup>(m)</sup> dicam, ceteri quidem episcoporum<sup>(n)</sup> facti elaboratique, hic autem natus episcopus videtur. est enim mitissimo ingenio mansuetissimisque moribus, et in omni sermone conversationeque suavis, sobrius, continens, benignus, sibi parvus, ceteris liberalis, foris episcopus, domi par aliis. in his 25 vero que ad pontificale officium<sup>(o)</sup> pertinent, strenuus ac diligens, omninoque studens ut et bonorum morum sit clerus<sup>(p)</sup>, et divinis officiis frequentetur ecclesia. itaque est in excitandis tepescentibus sedulus, in cohibendis tumescentibus vigil, in domandis rebellibus vehemens et in recipiendis penitentibus facilis, atque, ut<sup>(q)</sup> in cor- 30 ripiendo exorabilis, ita in parcendo severus, austeritatem<sup>(r)</sup> coercionis<sup>(s)</sup> indulgentie humanitate contemperans: ita tamen ut illam

(a) C renitentemque Ar remittentemque (b) Ar om. est (c) Ar nec quidem lab. refrigere (d) G Irrepti (e) Ar et (f) C promovendi sunt (g) BG om. nec (h) Ar studens (i) C om. divinam vocationem (k) Ar om. ut (l) Ar et si ex (m) Ar om. meus] G pacem (n) Ar episcopi (o) Ar pontificalem dignitatem et officium (p) BG electus Ar electus (q) Ar om. ut (r) Ar austeritate (s) Codd. coercionis